



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Introduxit me rex in cellaria sua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVPERTI IN CANT. CANTIC. CA. I.
pit. Cum igitur traheretur, siue ubi tracta est &
cucurrit, quid dixit?

¶ Introduxit me rex in cellaria sua.

Luc. 1.

¶ Quomodo uel cui hoc dixit? Nimirum per a-
pirationem spiritus sancti in mente eius redun-
dantis, in uentre eius iam operantis, hoc dixit co-
gnatae suae Elizabeth, & infanti qui erat in uen-
tre illius iam mensibus sex. Intrauit enim in do-
mum Zachariae, & salutauit Elizabeth. Et fa-
ctum est, ut audiuit salutationem Mariae Eliza-
beth, exultauit infans in gaudio in utero eius.
Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, & exci-
mauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter
mulieres, & benedictus fructus uentris tui, &c.
Ergo uere dixit, & mirabiliter dixit, quae salu-
do cognatam repente prophetissam efficit, ut co-
festim sciret illa omnia, quorum ista summa est:
introduxit me rex in cellaria sua. Vere pulche-
rimus & optimus explanationis modus: ubi ue-
recundae puellae prolocutor sit ipse deus, ipse spi-
ritus sanctus, spiritus propheticus: Qui non ten-
tatus (ait uir sapiens) quid scit? Vir in multis ce-
pertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, &
narrabit intellectum. Horum igitur co memine-
rim, quia reuera non nisi qui tentatus est in his
accepit, & quae a deo reuelata sunt sibi, digne po-
test perpendere religiosum silentium uirginis, si-
ue custodiam oris eius, circa secretum dei. Quis enim

Eccl. 34

Gene. 37.

ab illo, quod somnia prius uidit & enarrauit, quorum
utique uisio uisitatio fuit emissae ab altissimo. d. a
puero Ioseph filio Iacob: quod, inquam, usque in presentem
die, ita nouit uel potuit obseruare tempus taceendi

COMMENTARIO. LIB. .I. Fo. 8.

& tempus loquendi, quin aliquando opus haberet increpari & doceri, cauere scandalū inuidentium, sicut illum pater suus increpauit: Ergo quanto quisq; amplius tentatus est in eiusmodi, & expertus est inuidiæ malum quid sit ipse scit, & enarrare potest intellectum huius, ei, quod tu beata uirgo uere fidelis fuisti & ueraciter magnæ fidei: non solum quia credidisti angelo euangelizanti, nerum etiam quia secretum istud custodisti, neq; properasti aliquando cuiq; tuæ admirationem facere felicitatis, ut diceres, quid fecisset tibi deus: nisi ei, cui prior ipse deus uel spiritus sanctus reuelauit. Hoc non leuiter perpẽdere nos uult euangelista, cum semel & iterum dicit: Maria autem conseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo. Nunc dicta prosequamur. Introduxit me Rex in cellaria sua. Hoc ipsa quidẽ dixit uerbis alijs .s. uerbis cantici sui quo anima eius dominum magnificauit, sed (sicut iam dictum est) prior eidem, uidelicet Elizabeth, spiritus sanctus, spiritus propheticus reuelauit.

Luca. 2

¶ Et q̄ sunt illa cellaria regis dei? Nimirum sacra mysteria, q̄cunq; continetur in scripturis sc̄tis. Nã ista cellaria præciosa sunt, meliora cellis aromatum, & argenti & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & oibus apothecis regiæ suppellectilis, thesaurorumq; uniuersorum, quales habere poterunt reges terrarum: & ille præcipue tp̄alis rex Salomõ. In cellaria sua, inquit, rex, nõ quiscunq; s; rex coeli & terræ, me introduxit: nihil em̄ a me abscondit: sed omni dulcedine sua me inebriauit. Qui, n. uerbũ suũ, qd̄ erat, & ē i corde suo, mihi totũ ifudit: quõ nõ etiã cũ illo mihi oia donauit.

Esa. 39.

3. Reg. 10

RVPERTI IN CANT. CANTIC. CA.
Non enim introductio qualiscunq; hæc debet in-
telligi, sed introductio cum iure possidendi: sicut
ius est sponsam legitimam, cum tabulis matri-
monij in dotem suam introduci. Quid ad hæc il-
la Elizabeth, cum istud intus aure cordis pene-
pisset?

¶ Exultabimus & lætabimur in te.

Luca. i.

¶ Hoc uere dixit, & cum magno clamore dixit,
Ait enim uoce magna: Benedicta tu inter mulie-
res, & benedictus fructus uentris tui. Et unde
hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Ec-
ce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus
meis: exultauit infans in gaudio in utero meo: Et
beata, quæ credidisti, quoniã perficietur ea quæ
dicta sunt tibi a domino. Nonne hoc erat dicere
exultabimus & lætabimur in te? Iam enim inci-
pimus ego & infans in utero meo exultare in gau-
dio, a uoce salutationis tuæ. Ex hoc & nos, & qui
uēturi sunt post nos, exultabimus & lætabimur
in te: & cantabimus dicentes, quia Eua nos fe-
cit plorare, Maria nos fecit exultare, Nam quod
illa tristis abstulit, tu reddis almo germine: Icit
co exultabimus & lætabimur in te. Quomodo
in te? Dicam paulo expressius.

¶ Memores uberum tuorum super uirginem
recti diligunt te.

Luca. ii.

¶ Hæc est & erit materia uel causa exultationis
uel lætitiæ nostræ in te, memoria uberum tuo-
rum, quia uirginis uberibus lactasse illum pre-
dicaberis qui creauit te: Dicemus enim: Beatus
uenter qui te portauit Christe, & beata ubera
suxisti, Et si aliud quid mysticum per ubera te